

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 845

**Auteur(s) :** Hugues d'Amiens, Rouen (archevêque)

**Bénéficiaire(s) :** Bayeux (chapitre cathédral)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1147

**Action juridique :** règlement conflit

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Hugues, archevêque de Rouen, délégué par le Saint-Siège, termine le différend qui s'était élevé entre le chapitre de Bayeux et les moines de Saint-Étienne de Caen au sujet des processions que quelques paroisses devaient faire à l'abbaye pendant les fêtes de la Pentecôte.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Bourrienne Valentin (Abbé), *Antiquus cartularius ecclesie Baiocensis (Livre noir)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1902-1903, 2 vol., n° LIII, t. 1, p. 70-71.

b. Waldman Thomas G., *Hugh 'of Amiens', Archbishop of Rouen (1130-1164)*, PhD Thesis, Oxford, Faculty of Modern History, 1970, 648 p. (dactyl.), Appendix : The Acta of Hugh 'of Amiens', n° 100, p. 371-373.

## Dissertation critique

Datation proposée par V. Bourrienne.

Texte établi d'après a

Hugo, Dei gratia Rothomagensis archiepiscopus, karissimis filiis episcopis, abbatibus, et universis sanctæ Ecclesiæ prælatis per Normanniam constitutis, salutem, gratiam et benedictionem. Ea, quæ volumus rata diu et inconcussa stabilitate permanere, litterarum solemus munimentis commendare, ne valeant in posterum, aut oblivione dampnose subtrahi, aut perversorum vexatione contentiose perturbari. Orta est contentio inter canonicos Baiocenses et monachos Cadomenses Sancti Stephani de processionibus quarumdam parrochiarum monachorum quæ, in festis diebus Pentecosten, ad ecclesiam ipsorum, prætermissa matre ecclesia Baiocensi, solenniter conveniebant. Ex mandato igitur domini Papæ, auditis utriusque partis rationibus, per compositionem quæ subscripta est finem causæ imposuimus. Monachis quidem concessæ sunt ab episcopo Baiocensi, Philippo, et a toto capitulo, trium villarum suarum processiones : videlicet, de Ceus, et de Itio cum capella de Brachio, et de Alemannia cum duabus ecclesiis suis. Pro hac autem concessione, dederunt monachi canonicos Baiocensis ecclesiæ, in recompensationem, duas mansuras terræ infra muros civitatis Baiocarum in perpetuum possidendas : mansuram, scilicet, quæ fuit Roberti Boisselli, libere in dominico possidendam, et alteram quæ fuit Rogeri Sailultræ, ita ut hæredes ipsius Rogeri teneant eam de canonicos. Ecclesia vero Sancti Nicholai de burgo Sancti Stephani, et ecclesia de Vileirs, et cæteræ omnes quas habent in episcopatu Baiocensi, præter illas supradictas, cum processionibus suis in solennitate Pentecosten, singulis annis, ad suam matrem ecclesiam Baiocensem convenient, salva integritate possessionum suarum quas habent monachi, tam in ecclesiis quam in terris suis. Hanc autem compositionem, quæ in præsentia nostra, et fratribus nostrorum episcoporum, Philippi Baiocensis, et Rotrodi Ebroicensis, Roberti,

Fontanetensis abbatis, Vincentii, Conchensis abbatis, et aliorum multorum clericorum et monachorum, facta est,  
sub sigillo nostro autoritate præsentis scripti paginæ communimus.